





~~A. 1116~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

IC. 237.

SIGNAT. MDCCCXIII.



Euth. Knut: Vb. 31

155

Decorative border on the left edge of the page.









# EYZΩIA:

*hoc est*

DE BENE BEATEQVE  
VIVENDI RATIONE  
TRACTATVS.

*Auctore*

GVILIELMO PERKINSO  
Theologo Anglo.

*Latinus e Belgico factus a I. H.*

Quous, inprimis autem turbido rerum statu,  
seu tempore, maxime vtilis, & necessarius.



HANOVIAE  
Apud Guilielmum Antonium,

MDCIII.



EYZOIA

DE BEVE BEATEOY  
VINDICATIONE  
TRACTATVS

GVLIELMO BERRINO  
Theologo Angli.

Canonici, in partibus sancti iudicio legitime  
retempore, in hunc finem, & necessitate.



HANOVIA  
Apud Gulielmum Aesculapum  
MDCII







3  
G V I L I E L M V S P E R -  
K I N S V S L E C T O R I  
S. D.

**B**eneuole lector, si fides tua in Chri-  
stum saluus esse velis post mor-  
tem, in fide ante mortem viuas  
oportet. Fides tempore huius vi-  
tae duas magnas utilitates habet: quarum  
prima est, quod abscindit omnes temporales  
maerores & curas. Usitatum est apud homi-  
nes, quod curas suas ultra modum multipli-  
cant, & hac ratione vitam sibi miseram fa-  
ciunt. Nam primo praeter necessarios labores  
multas inutiles curas in se recipiunt. Secun-  
do, non tantum solliciti sunt de labore facien-  
do, sed & de euentu & successu laborum, ut  
semper illis bene succedat, nunquam male.  
Qua cura vnius Dei est. Tertio, non con-  
tenti sunt sua sorte & conditione, sed per va-  
ria media status sui amplificationem, & di-



## 4 L E C T O R I S.

uitias quærunt. Vltimo, non tantum de præsentibus solliciti sunt, sed varia cogitant & de futuris deliberant. Verum fides facit, ubi nostrum officium ex verbi Dei præscripto fecimus, ut Deo benedictionem, successum, & euentum commendemus, precibus & fide in ipsius promissiones, non dubitantes quin omnia necessaria nobis daturus sit. Et si benedictionem & successum speratum non accipimus, fides facit ut negemus concupiscentias & ut corda pacata in silentio in Dei beneplacito acquiescant. Et sic multa mundanæ sollicitudines abscinduntur.

Secunda, ubi homo consilii expers, in toto mundo non videt quid faciendum, & in mari afflictionum agitatur, fides ostendit salutarem exitum & animum tranquillat. Vbi omnes temporales benedictiones desunt, fides in nobis conseruat fiduciam Dei gratiæ & misericordiæ, cum spe vitæ æternæ. Fides ostendit nobis res absconditas, quæ sensu & ratione nobis innotescere non possunt. Vita æterna promissa quidem, nihilominus morimur: audimus quidem nos resurrecturos, interim tamen putrescimus in sepulcro: dicimur beati, nihilominus infinitis miseriis obruti



LECTORI S. S

obruiti sumus: abundantia rerum omnium  
nobis promissa, nihilominus famem ac sitim  
sape patimur. Deus promittit nobis exaudi-  
tionem, & quod nobis adesse velit, nihilomi-  
nus ad clamores nostros saepe surdus videtur.  
At fides facit ut subsistant res quas spera-  
mus, & mentes supra totum mundum at-  
tollit, ut apprehendamus res inuisibiles no-  
bis & ineffabiles, quas Deus reuelavit &  
promisit. Has res latius comprehendo in se-  
quenti tractatu breui, quo uti poteris in tuum  
bonum, & factis vide ut exprimas.

G. Perkinsus.

A 3





HABACVC 2. v. 4.

IUSTVS FIDE SVA VIVET.

**I**N præcedenti capite prophe-  
ta conqueritur apud Deum,  
Cur populus Dei, Iudei, ab ho-  
stibus Dei, Chaldeis, opprimeretur. In  
principio secundi capituli Deus pro-  
phetæ respondet, hoc modo: Certò li-  
berabuntur definito tempore, attamē  
immunes non euadent. Instat prophe-  
ta, hoc modo: *Quomodo interim oppressi  
vivere poterunt?* Respondet Deus, *impi-  
us turget inani fiducia, at iustus fide sua vi-  
uet.*

Vt hæc melius intelligamus, quin-  
que ordine explicabimus. Primò, quid  
per, *iustum*, intelligatur. Iustitia, quæ in  
Scriptura traditur, duplex est: *legalis &  
Euangelica*. Legalis in se complectitur  
omnes iustitiæ partes, & harum per-  
fectionem, & in nullo hominum est,  
Ada-



Adamo antequam laberetur, excepto, atque Christo. Evangelii iustitia complectitur omnes partes veræ iustitiæ: at harum perfectio deest, instar infantis, habentis omnes hominis partes in infantia, licet perfectio staturæ & magnitudinis desit. Et hæc iustitia nihil aliud est, quam resipiscentia peccatoris, propositum & studium Deo placendi, iuxta singula Decalogi præcepta habens. Sic iusti erant Noah, *Iob. 1. 1.* Zacharias & Elisabeta: Et sic accipitur, *Vir iustus*, hoc in loco, pro conuerso ad Deum, & qui per eius gratiam ei placere conatur, obtemperando toti legi in sua vocatione. *Luc. 1. 6.*

Secundum observatu necessarium est, quali de vita hinc agatur: nã ut mors est duplex, prima & secunda; sic & vita. Prima vita, est coniunctio corporis & animæ: secunda, coniunctio totius hominis cū Deo. Prima, dicitur vita *naturalis*; secunda, *spiritualis & æterna*. Nam *Rom. 1. 17.* Paulus hunc textum allegat ad probandam iustificationem peccatoris per fidem; & iustificatio pars est vitæ spiritualis: *Gal. 3. 11.*



## 8 DE RECTA RATIONE

Siquidem est adoptio peccatoris ad vitam æternam. Quapropter Propheta *iustum victurum* ait, non difficilia modo tempora futura, sed & sempiternam vitam considerans.

Tertium, qualis sit fides illa, quæ hîc putatur? videlicet *fides iustificans* seu *saluifica*: quia per fidem quâ saluamur vivere nos oportet. Fides non tantum habet sua effecta post hanc vitam, sed & in hac vita. Prius fide viuamus oportet, antequam eam salui fiamus. Ideo proprio suo exemplo hunc textum explicando, ait: *Vitam quam viuo in carne, viuo per fidem filii Dei, qui me dilexit & semetipsum pro me tradidit.*

Quartum, est constructio horum verborum, quæ duplex: Prima sic habet: *Iustus per fidem viuet*: ita ut verba, *per fidem*, seu *fide*, iungantur verbo, *Iustus*. Et tunc est hæc sententia: Is qui iustus est fide sua, viuet, seu habet vitam æternam.

Secunda constructio hæc est: *Iustus viuet fide sua*, ita ut vocula, *fide*, iungatur verbo, *viuet*; & tunc hæc est senten-



VIVENDI TRACTATUS. 9

sententia : Iustus dum in hoc mundo *Gal. 3. 11. 12.*  
viuit, ~~per fidem suam~~ viuet. Vltimum  
sensum libentius accipio : Siquidem  
Paulus hoc sensu hunc textum allegat  
ad probandum vitam æternam, ac  
proinde iustificationem non ex operi-  
bus legis, sed ex fide contingere homi-  
ni, & distinguit inter *vitam per fidem, &*  
*vitam per opera.*

Quintum: Quomodo homo per fi-  
dem viuere debeat? quod vltimum,  
quia magni ponderis, in eo non nihil  
temporis insumendum est explicādo.  
Ut homo per fidem suam viuere que-  
at, duo obseruanda: Primum, vt fides  
rectè concepta & fundata sit in corde:  
Secundum, vt postquā in corde con-  
cepta est, ibi regnet & dominetur. Ad  
concupiendā fidem rectè, duo requirū-  
tur; primum, noticia verbi Dei: Nam 1.  
fides in verbo obseruatione consistit: v-  
nicumq; verbum fidei nostrę est fun-  
damentum. Ideo verbum dicitur *fun-* *Ephes. 2. 10.*  
*damentum prophetarum & Apostolorum.*  
Luce rationis naturalis scimus mun-  
dum initium habere & à Deo esse crea-



IO DE RECTA RATIONE

Heb. 11. v. 3.  
Psal. 56. v. 5.

tum: at ratio huius rei certitudinem nobis imprimere nequit, sed testimonium verbi Dei solummodo: ideo dicitur: *Fide intelligimus mundum a Deo aptatū.* Hinc David dicebat: *In Deo laudabo verbum.* Porro, in verbo hæc tria consideranda: primo, mandata, quæ docent obedientiam. Secundo, minæ inobedientiam coercentes. Tertio, promissiones, inferuientes nobis confirmandis in obedientia. Promissiones rursū sunt principales, aut minus principales. Principales, in quib. Deus offert & reuelat iustitiam & vitam æternā per Christū. Hæc continent fundamentū remissionis peccatorū, patientiæ, auxilii Spiritus S. & omniū donorū cū fide inseparabiliter coniunctorū. Minus principales promissiones sunt, de liberatione è tērationib. securitate in periculis, sanitate, libertate, pace, &c. quæ omnes intelligēde cū exceptione crucis & castigationis: & eatenus implentur, quatenus inferuunt gloriæ Dei & credentium salutem. Hæ partes verbi Dei omnes & singulæ suo modo

te-



VIVENDI TRACTATUS. II  
tenendæ sunt, vt fide sua quis viuere  
possit.

Secundū quod requiritur ad conci- 2.  
piendā fidē est, vt, vbi *scimus verbū Dei,*  
*Deo fidamus iuxta verbū suū, & huic adhe-*  
*reamus*: quod primū & præcipuū fidei  
opus est, & a Paulo dicitur, *obedien-* Rom. 3. 5.  
*tia fidei*: quæ scopus prædicationis Eu-  
angelii est, non immerito. Nam hic  
est præcipuus Dei honor, nudo eius  
verbo credere: & sic confiteri Deum  
veracem. Illud sciuit Diabolus, ideo  
primum quod sublatum cupiebat in  
Adamo, erat fides in verbum Dei, &  
prima tentatio quā Christum petebat,  
eō directa erat, vt fiduciam in Deum  
patrem tolleret, vbi ait: *Si filius es Dei,* Matt. 4. v. 3.  
*manda his lapidibus, vt panes fiant*: atqui  
illud non poteris præstare: Ergo non  
es filius Dei.

Vt autem hæc obedientia, quam  
Deo præstamus, fidendo verbo illius,  
vera obedientia sit, 6. conditionibus  
prædita sit.

Primo ita absoluta sit oportet, vt quo- 1.  
dammodo oculis occlusis simpliciter



12 DE RECTE RATIONE

Deo fidamus, iuxta nudum ipsius verbum, & eo nos regi patiamur. In rebus naturalib. experiētia præcedit, deinde fides sequitur. Thomas naturā sequendo, primum *tangere*, deinde *credere* volebat. At Deo fidendum, etiam vbi rationi & sensui contrarium est illud, quod dicit. Sic Abrahamus Deo credidit contra spem.

Rom. 4. 18.

2. Secunda, *ut sincera sit hæc obedientia.* Nam Dei verbo credendum per se, quia verbum Dei est, omnibus carnis considerationibus sepositis. Illi qui similes terræ petrosæ, recipiunt verbū Dei cum gaudio, at tempore tentationis deficiunt. Causa, quod recipiunt verbum Dei cum gaudio non proprie propter verbum, sed propter honores, quæstū, voluptatē, quæ inde expectant. Iohannes Baptista erat lucerna ardens, & Iudei in luce illius exultabant, propter nouitatem illius: ideo Spiritus sanctus dicit, eos nō nisi ad tempus in ea exultasse.

Luc. 8. 13.

Ioh. 5. 33.

3. Tertia, Deo fidendum, non quoad *partem tantum, sed iuxta totum illius verbum:*



VIVENDI TRACTATUS. 13

*bum*: Ideo multi errant infide sua, qui ei quidem fidunt quoad promissiones de vita & salute, at non delectantur ei credere in mandatis & minis.

Quarta conditio, Deo credendum in verbo suo *e toto corde*, ut illud altas radices agat, & sit verbum insitum. Non sufficit habere gustum boni Dei verbi, & si illud cum timore recipimus, nisi toti & firmiter eo confidamus & nitamur.

Quinta conditio est, ut haec fiducia fiat *corde honesto*, in quo firmum sit certumque propositum non peccandi, sed in omnibus actionibus Dei voluntatem faciendi. Boni auditores sunt, qui verbum recipiunt *honesto ac bono corde*. Absque hoc nemo per fidem vivere potest. Qui abiicit bonam conscientiam, is naufragium in fide sua patitur. *Pietas sola* habet promissionem huius & futurae vitae: Et nemo potest vivere vitam fidei, nisi is qui iustus est. Etsi homines bonum progressum fecerint, verbum confiteantur, recipiant, eo laetentur & fructum aliquem ferant; tamen si cor impro-

4

Luc. 1. 21.

5

Luc. 8. 15.

1. Timos. 19.



14 DE RECTA RATIONE  
bum est, facit vt a Deo tandem defi-  
ciant, per diffidentiam aut increduli-  
tatem.

6.  
Heb. 10. 38. Sexta conditio est, vt fidei obedientia  
sit immutabilis & constans. Dominus ait:  
*Si quis defecerit, eum auersabitur anima*  
*mea*. Tales sunt ii, qui ad tēpus in Deū  
credunt, postea pedem retrahunt, & a  
fide retrogrediuntur.

Cum hæc sit recta via fidem con-  
cipiendi, scilicet verbum Dei nosse, ei-  
que iuxta id ipsum confidere; omnes  
qui per fidem volunt viuere, corda  
habeant accensa oportet, studio præ-  
dicta faciendi, in primis cuius Dei ver-  
bo credendi. Deū deserere non debe-  
mus ob vllam creaturam: at discrimus  
eū, vbi ei diffidimus in verbo suo. Por-  
to Deo non credere, ipsamet est impie-  
tas: nā sic Deus mendax constituitur, &  
ipsius gloria & maiestas cōteritur. Ma-  
xima pars nostræ gloriæ est, Deo cre-  
dere, vt Christus ait: *Qui testimoniū illius*  
*recipit, is obsignauit quod Deus verax sit;*  
hoc est, Deo dat quasi literas testimo-  
niales de veritate ipsius, addita dextra  
& si-



VIVENDI TRACTATUS. 15  
& sigillo. Quæ maior gloria esse potest  
hac, vbi creatura creatori dat testi-  
monium?

Tantum de fide concipienda: nunc  
sequitur Dominium fidei; quod est,  
vbi fides ceu magistra regit in corde  
& vita. Nam vbi fides est, ibi non domi-  
~~natur~~ cogitatio, voluntas, non affectus,  
nec concupiscentia, sed sola fides. Re-  
gnat autē duo agendo. Primo, facit, vt  
nos sequamur Deum vocantem, & nos  
ei subiiciamus in omnibus mandatis  
illius. Dicit Paulus *fidem confirmare legē*,  
& causam esse, quia facit vt faciamus a  
lege præscripta. Paulus ait arma sua es-  
se spiritualia, & potētia omnes cogita-  
tiones Deo subigere. Hæc arma poten-  
tia sunt verbum Dei prædicatum &  
creditum. Qui ex Deo est, non potest  
peccare; quia semen Dei in ipso ma-  
net, quod est verbū Dei fidei mixtum.  
Noë fides faciebat vt arcā conderet iu-  
xta Dei mādata, & vbi facta erat, eā in-  
grederetur, nec egrederet, donec Deus  
permitteret. Abrahæ fides faciebat vt

Rom. 3. v. 31.

2. Cor. 10.  
v. 4.

1. Ioh. 3. 9.

Heb. 11. 7.

Gen. 8. 16.



16 DE RECTA RATIONE

patriam & cognatos suos relinqueret, & iret in locum quem nesciebat. Ut autem prompta obedientia præstetur Dei verbo, duo in nobis fides operatur, memoriam & attentionem. *Me-*

*Psal. 11. 191.*

*Act. 16. 32.*

*moria* est id, quo verbum Dei reponitur in corde ad vtendum eo, vbi opus est. *Attentio*, est vbi fides facit vt credamus & serio attendamus id esse Dei mandatum; mandatum non pro forma, sed reuera, & facto ad nos pertinens.

*Gen. 39. 9.*

Cuius exemplum habemus in Iosepho, qui sollicitatus ab vxore Potipharris ad stultitiam, dicebat: *Num ego tantum malum committerem, & aduersus Iehouam peccarem?* Hic considerate; animum ipsius repletum & occupatum memoria & attentione Dei mandati.

Secundum opus fidei, per quod in corde regnat, est confirmatio credentium in obedientia & subiectione erga Deum: quod exequitur eo quod intellectui promissiones Dei offert. Beneficio promissionum operatur quatuor effectus in corde. Primo, facit vt confugiamus ad verum Deum solum, cuius



VIVENDI TRACTATUS. 17  
ius hæ sunt promissiones. Secundo,  
promittit nobis, Deum velle & posse  
iuuare nos in necessitatib. Tertio, facit  
nos sperare ipsius auxiliũ, seu successũ  
bonum reb. secundis, & liberationem  
vel mitigationem calamitatum in ad-  
uersis, iuxta promissionem ipsius. Ulti-  
mo, temporalibus benedictionibus  
destitutos, facit vt conquiescamus in  
Deo ad petendam misericordiam &  
vitam æternam. Et sic facit vt omni  
tempore Deus nobis sit confugium,  
arx, petra & propugnaculum. Sic vide-  
mus quomodo fides in genere regnet.  
Pergamus igitur: Iustus homo viuit  
duplicẽ vitam, spiritualem & animalem,  
quam vtramque dirigit fides, vt clare  
ostendam. Spiritualis vita, quę initium  
est vitæ æternæ, consistit in his quatu-  
or præcipue rebus: In reconciliatione cum  
Deo, pace conscientiarũ, gaudio Spiritus San-  
cti, & nouitate vitæ. Reconciliationem  
cum Deo in Christo, quod attinet, ea  
reuelata, oblata & data in principalibus  
promissionibus Euangelii & sacramen-  
tis. Et ea in hoc mundo nullo alio mo-

B



18 DE RECTA RATIONE

do fit nostra, nec a nobis retinetur, nisi per fidem nostram solummodo. Et in reconciliatione nostra fides duo præstat. Vnum ad recipiendam istam: Secundum, ad nos de ea certiores faciendo. Primum quod attinet, fides amplectitur & recipit reconciliationem hoc modo: primò, Spiritus S. in hominib. operatur fidem generalem legis & huius comminationum, & dicitur *Spiritus seruitutis ad timorem*. Operatur .n. in nobis consideratione peccati nostri metum iræ Dei & timorē condemnationis cōmeritæ ac desperationem de nobis ipsis respectu eius quod in nobis. Deinde operatur aliam fidem, videlicet iustificantem seu saluificam, quâ recipit Christū cū beneficiis suis certis gradib. quorum præcipuè tres. Primo, per compunctionem & viuum sensum nostræ miseriæ, existit seria & attenta in mente consideratio promissionum gratiæ & beneficiorum in iis oblatorū, & dicitur, *aurium apertio*, seu perforatio.

2. Deinde sequitur secundo loco propositum, voluntas, conatus & studiū creden-

Rom. 8. 15.

Fides recipit Christum  
trib. gradib.

Psal. 40. 6.

2.



dendi Deo mandanti, ut credamus Joh. 3. v. 27  
& promissionem nobis applicemus.

~~Porro iste conatus declaratur seria &~~  
~~constante invocatione, quæ instar fu-~~  
~~gæ a sententia legis maledicente ad~~ Heb. 4. 16.  
~~thronum gratiæ ad gratiam adipiscen-~~  
~~dam.~~

Tertio, post hæc successu temporis <sup>3.</sup>  
~~sequitur tranquillitas animi~~, ob certi-  
tudinem de Christo eiusque beneficiis  
animo impressam & conceptam vir-  
tute Spiritus Dei: qui tertius gradus di-  
citur, *cogitatio suffulta*. Et hac ratione Esa. 26. 7.  
per gradus ascendimus ad Christum  
amplectendum ad perfectam nostram  
reconciliationem cum Deo. Quando  
enim propter mandatum, quo cre-  
dere iubemur, aliquatenus credimus  
quod Christus sit noster Christus, tunc  
reuera noster est Christus, iuxta senten-  
tiam fœderis Evangelici. Si fides Chri-  
stū sic apprehendit ad nostrā reconci-  
liationem cū Deo, tunc victoriosa erit  
victrix, & victoriam obtinebit aduersus i. Joh. 5. 4.  
legem, Sathanam, infernum, mortem,



20 DE RECTERATIONE

condemnationem, & omnes nostros spirituales hostes: Et sic quilibet credens in hac vita victor legis, peccati, inferni, mortisque.

Secundum opus fidei in negotio reconciliationis nostræ cum Deo, est, nos in conscientia confirmandi & obfirmandi de ea: quod fit syllogismo practico, quem fides construit in intellectu, hoc modo:

*Qui Euangelio credit, is habebit omnia beneficia & benedictiones a Deo in eo promissas:*

*Atqui ego credo Euangelio, & in Christum:*

*Ergo beneficia in eo promissa mea sunt.* Propositio huius syllogismi, est vox Euangelii: Assumptio, est vox cordis credentis, quod in voluntate & affectibus se subiicit mandato Dei, quod iubet nos in Christum credere: Et hoc est opus specialis fidei. Nec putandum est, hanc vocem cordis credentis inanem esse strepitum: nam vere credens habet conscientiam supernaturaliter illuminatam,  
ad



VIVENDI TRACTATUS. 21  
ad discernendum ea quæ credit.

~~Tertia pars, seu conclusio est, fun-~~  
damentum omnis gaudii nostri & spi-  
ritualis consolationis. Complectitur  
enim ~~præcipuam certitudinem nostræ~~  
adoptionis & salutis, quæ in hac vita ef-  
se potest, nempe certitudinem fidei,  
ex qua gradu quodam inferiore sequi-  
tur ~~secundo loco & ista certitudo, quæ est~~  
~~ex operibus.~~ Et sic certificat fides omnes  
verè credentes ipsos filios Dei esse.

Ex præcedente syllogismo, seu ex  
viuificæ fidei certitudine sequitur ple-  
naria & viuifica certitudo doctrinæ  
Euangelii, quæ digna observatione.  
~~Triplex est certitudo; prima, est ra-~~  
tionis seu communis fidei, ubi homo  
virtute argumentorum conuictus est,  
certam esse doctrinam Scripturæ sa-  
cræ. ~~Quæ certitudo etiam in malis &~~  
impiis, fide in Christum carentibus.  
~~Hanc sequitur in electis e specialiore~~  
virtute Spiritus S. fides in Christum,  
& certitudo iustificationis seu specia-  
lis fidei in conclusione præcedentis  
Syllogismi. ~~Terrio, hanc certitudinem~~



22 DE RECTA RATIONE

specialis fidei, sequitur alia spectata seu experta certitudo veritatis scripturæ, quam fides concludit hoc modo:

*Ea doctrina, quæ nos certificat nos esse filios Dei, certè a Deo est:*

*Atqui doctrina Evangelii credita & cõmixta fidei nostræ, certificat nos quod simus filii Dei.*

*Ergo à Deo est.*

Prima pars argumenti ab omnibus confessa: Secunda pars virtute est conclusio præcedentis syllogismi, & confessa redditur per experientiam huius spiritualis consolationis, quam sentiunt fideles in cordibus suis. Conclusio ostendit certitudinem scripturæ altiori fundamento, quam ratio vel ullæ hominis doctrina assequi potest sine spiritu gratiæ, nempe in interna certitudine nostræ reconciliationis cum Deo. De hac certitudine noster Servator ait: *Si quis velit facere voluntatem patris mei, (hoc est, eam credere seque ei subiicere) is cognoscet (videlicet consolatione quam sentiet a sua*

*Joh. 7. 17.*



sua subiectione) *de hac doctrina an ex Deo sit, an de me ipso loquar.* Et Paulus ait, *Spiritualement hominem, seu qui à Spi- I. Cor. 1. 14. ritu sancto regeneratus est, omnia diiudicare.*

Inde sequitur, eos, qui cupiunt certo religionis suæ fundamento niti, & boni studiosi Theologiæ esse volunt, oportere prius discere humiliare se & studere in cordibus sincerè in Christum credere.

Nam hinc optimus sensus certitudinis, ac inde ineffabilis præstantiæ Bibliorum fluit.

Sic videmus quomodo accipere & retinere possimus nostram per Christum reconciliationem cum DEO, eaque frui, videlicet nulla alia re in nobis, quam per fidem solam. Ideo in primis solliciti sumus ut usu mediocri Dei ad veram fidem perueniamus: ubi opus habemus duobus; primo, studendum ut in conscientia conuincamur de certitudine scripturæ seu verbi Dei; deinde ut voluntatē nostrā



24 DE RECTE RATIONE

subiiciamus mandatis Dei, mandantis  
vt in Christum credamus : de incre-  
dulitate nostra conqueramur, huic  
repugnemus, & Deum oremus vt  
fidem nostram augeat, & corda no-  
stra firma faciat in ipsius dilectione.

Secunda pars spiritualis vitæ, est  
*pax conscientiarum*, quæ nihil aliud est,  
quam firma & constans animi tran-  
quillitas, vbi conscientia non accusat,  
sed excusat: & vbi infernum, mortem,  
maledictionem, aut alia pericula, non  
nimium metuimus. Hæc pax in Dau-  
de, vbi dicebat, *Decumbo & dormio, & re-  
surgō denuo, etiam in summis variisque pe-  
riculis*. Magna præstantia huius pacis,  
quia pax Dei, pars regni cælorum:  
quæ superat omnem intellectum: &  
est instar præsidii, nostra corda &  
sensus custodiens in Christo. Hæc  
autem pax oritur ex fide nostra,  
vbi credimus nostram reconciliatio-  
nem cum Deo, Rom. 5. v. 1. *Iustificati  
fide, pacem habemus cum Deo.* 1 Chron. 20.  
v. 20. *Confidite Domino & tuti eritis:* Et  
quò maior fides nostra, eò maior  
pax

*Psal. 3. 5.*

*Phil. 4. 7.*

*Rom. 14. 17.*



VIVENDI TRACTATUS. 25

pax nostra: nulla fides, nulla pax, viuifica fides, viuifica pax: cōstans fides, cōstans & pax: fides in morte, pax in morte: ita vt cū Simeone dicere possimus; *Luc. 2. 29.*  
*Nunc a. mittis seruū tuum in pace Domine.*

Tertia pars spiritualis vitæ, est *gaudium Spiritus sancti*; & hoc est gaudere in Deo, quod noster est Deus, & in Christo, quod noster est Christus. Et hæc species gaudii non aufertur a nobis, nec minuitur etiam in afflictionibus, sed potius augetur. *Rom. 5. 3. Gloriamur in afflictionibus.* Et *Heb. 10. v. 34. Direptionem facultatum vestrarum, cum gaudio sustinuistis.* At nostra fides in promissiones vitæ, mater est & genitrix huius gaudii, quod oritur ex salutari & benedicta argumentatione, quam fides in mente facit: *Ego credo, ergo promissa benedictiones Dei in Euangelio meæ sunt.* Sic Petrus ait: *In fide eius exsultatis letitiâ laudabili & ineffabili.* Porro augmentum & perseuerantia fidei nostræ est augmentum huius gaudii. *1. Pet. 1. 8.*

Vltima pars vitæ Spiritualis, est renouatio, vbi regeneramur & nouæ crea-



## 26 DE RECTE RATIONE

turæ finis: non quod substantia corporis aut animæ mutetur, sed imago Dei restituitur. Hæc regeneratio tota, & quoad partes eius, fit per fidem. Totam quod attinet: Homines quatenus sunt nouę creaturæ, initium habent a verbo promissionis seu a Christo crucifixo, qui in verbo promissionis proponitur, vbi verbum, seu Christus per fidem recipitur, Act. 15. v. 9. *purificatis cordibus vestris per fidem.* 1. Ioh. 3. 3. *Qui hanc spem habet, semetipsum purgat,* 1. Pet. 1. v. 22. *Vestræ animæ purificatæ sunt per obedientiam veritatis. itē: Qui estis regeniti ex immortalis semine verbi.*

*Psal. 119. 98.*

Partes nouitatis vitæ in specie tres sunt: vera sapientia, boni motus, & bona facta. Vera sapientia est, bona cogitare & bonis mediis vti ad exprimenda ea factis. Hæc sapientia oritur ex nostra fide in verbum Dei. Dauid ait, *se fuisse sapientiozem doctoribus suis, & senioribus.* quod probat e verbis fidei suę, dicendo: *Testimonia tua mecum semper, eaque meditatio mea.* Ex eodem fonte oriun-

riun-



riuntur omnes boni motus. Dilectio, quâ Deum diligimus, oritur e fide nostra, credendo Dei dilectionem, qua nos diligit. Certitudo remissionis multorū peccatorū in muliere, quæ pedes Christi lacrymis lauabat, testabatur de *Luc. 7. 47.* magna dilectione in Christū. Tristitia secundum Deum vbi cor proprie grauat̄ur ob peccatū in Deum, oritur ex fide, recipiendo & credendo Dei gratiam in Christo. In quolibet bono opere triplex operatio fidei requiritur. Primū requiritur opus fidei communis, quod est, vt opus faciendum in suo genere Deo placeat. Rom. 14. v. 23. *Omne quod non est ex fide, peccatū est.* Secundum, est opus fidei iustificantis, quod est purgare cor, & sic perficere bonū quod fieri oportet. Ps. 116. 10. *Credidi, ideo locutus sum.* Tertiū itidem opus est fidei iustificantis, quod est opere peracto Christum amplecti, qui suo merito operis nostri defectum tegit: nam nulla nostra opera Deo placere possunt absq; remissione peccatorum.

Sic nouitas vitæ cum omnibus suis



28 DE RECTA RATIONE

partibus e fide oritur. Imo vbi homo  
semel factus est noua creatura, ei fides  
dat vitam & sensum: fides est oculus  
mentis, quo Christum intuemur in  
verbo & sacramentis, Ioh. 8. v. 56. Hac  
fide vidit Abrahamus diem Domini &  
gausus est. Hisce oculis Christum  
nobis intueri licet ad sufficientiam.  
Corporali intuitu non opus est in hac  
vita: ideo ait Christus: *Beati qui non vi-*  
*dent & tamen credunt*: Ioh. 20 25. Fides  
etiam animæ manus est, quâ Christum  
recipimus & amplectimur cum omni-  
bus beneficiis. Fides est os cordis quo  
alimur edentes ipsius carnem & bibē-  
tes ipsius sanguinem ad vitam æternã.  
*Genes. 5. 12.* Est pes animæ faciens nos ambulare  
cum Deo. Tandem, est medium nos  
adducendi ad communionem cum  
Deo. Nam auris est, quâ Deum audi-  
mus loquentem in verbo suo: & lin-  
gua animæ quâ Deū alloquimur inuo-  
cando nomen sanctum illius.

Vt progrediamur vltcrius, spiritua-  
lis vita vt plurimum manifestatur in  
afflictionib. nam fides facit eas perfer-  
re per



VIVENDI TRACTATUS. 29

re per triplicem operationem. Primo, facit nos totos pendere a Dei promissionibus, & nos ei fidere absque vlla prescriptione: Nam Deo non præscribit vllas condiciones nec tempus liberationis, sed Deo omnia commendat.

*Qui credit, non festinabit.* Daniel expectat per 70. annos liberationem e Ba- *Ies. 28. v. 16.*  
*Dan. 9.*

bylone, & videns instare eam, ob hanc Deum oravit. Fides etiam non præscribit Deo media liberationis. Deus promisit Abrahamæ benedictum semen, vt id præstaret, ei dedit Isaacum in senectute; eique mandat vt hunc vnigenitum offerat sibi. Quæ dura erat afflictio: nam sic omnis spes benedicti seminis præciditur, nihilominus Abrahamæ credit, promissionem hanc implendam etiam vbi offerret filium. Ultimo, fides *Iob. 13. v. 13.*

Deo non præscribit modum affligendi. Iob ait, quod Deo fidere velit, etiam si occidatur. Dura erat res quod Dauid expellebatur regno a proprio filio, at in fuga ait: *Si dixerit Dominus, non delector te, en adsum, fiat mihi secundum voluntatem eius.* *2. Sa. 15. 26.* Secunda operatio fidei



30 DE RECTERATIONE

est, facere vt credamus Dei promissionibus, etiã vbi contrarium sentimus, & vt in contrario contrarium nobis persuadeamus. Vbi sentimus peccata nostra, facit vt credamus nos iustificatos: vbi sentimus miseriam nostram, facit vt credamus nos felices: vbi nil nisi mortem sentimus, facit vt credamus æternã salutẽ: vbi sentimus irã Dei & is nobis inimicus videtur, fides facit vt amplectamur eius misericordiam & paternam bonitatem credamus. Vbi Christus a Deo desertus videbatur, eo ipso tempore sua fide credidit Deum suum esse Deum. Tertia operatio fidei in afflictionibus est, nos certos facere Deum nobis præsentem, & vt oculis fidei eum intueamur. Sic David: *Semper mihi propono Iehouam, is mihi ad dexteram.* Moses Ægyptũ desererebat, nec metuebat iram Regis: *nam videbat eum qui inuisibilis est.* Vbi seruus Elisei exercitum Regis Syriaci admodum metuebat cingentem ciuitatem

2. Reg. 6. 15. Dothan, propheta Deum rogabat, vt aperiret ei oculos ad vidẽdum ignitos currus

*Psal. 16. 18.*

*Heb. 11. 27.*

*2. Reg. 6. 15.*



VIVENDI TRACTATUS. 31

currus Angelorum. Sic Deus orandus, ut aperiat oculos mentis ad credendum & agnoscendum huiusmodi defensiones. Sic possunt homines vivere in medio afflictionum suarum.

Per prædicta admonemur primò, ut nos exerceamus bene in promissis Dei, prout conscriptæ sunt à Prophetis & Apostolis: Secūdo, semper fundemus fidem nostram super his, nec abduci nos patiamur ab illis, etiamsi omnes benedictiones Dei temporales nos destituant, etiã valetudo & ipsa vita. Hoc est, se armare scuto fidei aduersus ignita tela Diaboli, thoracem munientem, cor & vitam, etiamsi in afflictionibus duriter exagitemur.

Tantum de vita spiritali. Quod temporalis nostra vita regatur per fidem, sic probo. Temporalis vita sustentatur honesta vocatione: quævis vocatio habet suos labores, labores vocationum omnium habent comitem miseriae varias; in his omnibus regnat fides & suas habet operationes in credentibus.



32 DE RECTA RATIONE

Primum quod attinet, ut vocatio-  
nem eligamus & seruemus cum bona  
conscientia, ibi duplex fidei vsus re-  
quiritur. Nam primo, nos fidem habe-  
re oportet, quâ confirmemur bonam  
esse nostram vocationem & legitimam  
in semetipsa, ut Paulus ait: *Quicquid non*  
*ex fide proficiscitur, peccatum est.* Ut hæc fi-  
des firmetur, hæc regula obseruanda:  
*Officium & vocatio inseruiens ad bonum sta-*  
*tum familia, Ecclesie & Reipub. conseruan-*  
*dum, legitimum & a Deo.* Sunt enim sta-  
tus a Deo ordinati & cõfirmati in De-  
calogo, præsertim in 1. 5. & 6. præcepto.  
Porro, fides requiritur, qua quilibet ho-  
mo credit, quod vocatio, in qua est,  
sit specialis vocatio, in qua Deus  
vult sibi inserui. Nam si conscientia  
non firmata sit in hac, nullum bonum  
opus in vlla vocatione perfici potest.  
Ut autem conscientia confirmetur, a-  
lia adhuc regula tenenda: Videlicet,  
ut habeant dona necessaria ad vocati-  
onem, facultatem & voluntatem, &  
ad eam electi & vocati sint ab homini-  
bus, quorum est vocare, tunc se certe a  
Deo



Deo vocatos esse sciant. Presbyteri Ephesini dona habentes pascendi, & a Deo non immediate, sed per homines vocati, dicebantur Episcopi constituta Spiritu S. Et Paulus ait, Deum non sibi tantū, sed & Timotheo iniunxisse officium reconciliationis; nec tamen Timoth. immediate a Deo vocatus erat, sed per homines. Et sic in omnibus aliis conditionibus & officiis is qui habet dona necessaria, & legitime vocatus est ab iis, quorum est vocare, certus sit se a Deo vocatum esse. Et ex hac duplici certitudine & fide, quod nostra vocatio in se sit legitima, & Deo placeat, oritur certitudo, quod Deus nobis adesse & defendere nos velit, vbi in nostra vocatione incedimus.

*Act. 20. 28.**2. Cor. 5. 21.**1. Tim. 4.*

In peragendo officio duplex fidei operatio requiritur. Primum, vt opus nostrum legitime peragatur, hoc est, ex obedientia & ad bonum finem, Dei gloriam & hominum, cum quibus vivimus, salutem. Huius consideratione dicitur; Noam fide fabricasse arcam, & bonos principes rexisse suos & bella

*Heb. 11. 7.**2. 33. 34.*

C



gessisse ad eorum defensionem, aduersus hostes: Et sic decet vt quiuis in suo officio & qualibet vocatione debitum munus fide exequatur. Secundum opus fidei in quotidianis laboribus est, cohibere inutiles curas. Homines plerique duplicem curam in se suscipiunt: vna est, vt faciant labores vocationis: altera, procurare benedictionem & exitum salutarem laborum. Verum vbi fides per verbum Dei regnat, ibi excitat cor hominis, tantummodo ad primam curam, vt peragant labores debitos pro virili, & horum exitum Deo commendant, quod est secundæ curæ cohibitio. Nam vbi homines fecere quod decet, fides facit nos expectare Dei benedictionem. In hunc finem ait Spiritus Sanctus: *Coniicite curas vestras in Deum, is vestri curam geret.* Item: *Ne sitis solliciti vlla in re, sed omnitempore per precationem & obsecrationem petitiones innotescant coram Deo. In Deum coniicite curam vestram.* Hæc fides qua Deo adhæremus, quoad successum laborum nostrorum, infallibile hoc funda-

*Pf. 55. 23.*

*Phil. 4. 6.*

*1. Pet. 5. 7.*



fundamentum habet, quod Deus o- *Matt. 6.32.*  
 ptime nouit, quib. opus habeamus, &  
 quod nobis daturus sit ea, quæ pro sua  
 sapiëntia necessariamobis iudicat. Chri-  
 stus ait, *pater vester celestis nouit quod his* *1. Pet. 5.7:*  
*opus habeatis: nempe, victu & amictu. Is* *Psal. 34.9:*  
*vestri curã gerit. Et, nõ deerit quicquam ei,*  
*qui Deum timer.* Si homines fide funda-  
 ti essent in his promissis; nõ opus esset  
 vt tanquam mancipia mundi dies vt  
 plurimum cõsumerent in curis mun-  
 danis, vt faciunt; sed plures benedicti-  
 ones a Deo paucioribus curis acqui-  
 rerent; si modò illi fidere possent: &  
 plus temporis consumerent in celesti-  
 bus.

Tertio & vltimo, quæuis vocatio a  
 lapsu Adẽ hucusq; comitẽ habet mise-  
 riam & afflictiones. Quas vt patienter  
 feramus; opus vi fidei. Operatur enim  
 patientiã certificando nostros animos  
 de duab. reb. prima est, Deũ nobis pa-  
 catũ, & nos ei recõciliatos in Christo;  
 secunda, quod nostras miseras dire-  
 cturus sit ad nostrũ bonum & æternam



salutem. Vbi hæc duę certitudines ad-  
sunt, pacati esse possumus in quouis  
statu.

Hæc de sensu textus: vtilitas & ap-  
plicatio sequitur. Prima & præcipua  
spectat informationem iudicii nostri  
in præcipuo salutis capite. Nam hinc  
Paulus nos docuit concludere, pecca-  
torem iustificari coram Deo, per fidẽ  
absque operibus legis. Sic disputat:

Gal. 3. 11. 12.

*Si peccator iustificatur fide, non iustifica-  
tur lege:*

*At peccator iustificatur fide: Ergo non  
per legem.*

v. 12.

Conclusio est in v. 11. cap. 3. ad Ga-  
lat. Prima pars confirmatur: *Lex iustifi-  
cat per opera, nõ per fidẽ: fides nõ per opera, sed  
credendo.* Secunda pars confirmatur v.  
11. per testimonium Habacuc, *Iustus fi-  
de sua viuet.* Vbi Pontificii dicunt, Pau-  
lum in hoc argumento disputare tan-  
tummodo de operibus legis naturæ,  
non de iis, quæ fiunt ex Dei gratia: er-  
rant & falluntur. Non enim confert o-  
pera legis naturæ & gratiæ, sed fidem  
& opera, credere & facere: Et prophe-  
ta cla-



ta claré ait; *Iustum hominem qui facit opera gratia, iustificari non per opera, sed per fidem suam.* Porró, vbi duplicem iustificationem faciunt: vnâ, quâ peccator efficitur iustus; alteram, quâ iustus redditur adhuc magis iustus; & docent primam tantum esse per fidem absque operibus; secundam, per fidem & opera simul; ibi errant similiter. Quia non tantum peccator nondum conuersus, sed & vir iustus iustificatur per fidem, absque operibus. Paulus hunc textum adducendo, tantummodo vnâ iustificationem sciebat, siue initium, siue augmentum, siue complementum huius spectes.

Secundo, hîc discimus rectam viam emendationis vitæ. In hac emendatione duo requiruntur: probatio & immutatio. Si vitam nostram disquirimus ex hoc textu, duos præcipuos defectus inueniemus in vita hominum. Primus, quod reiiciunt regulam emendationis vitæ; quod fit, dum non credunt, nec fidunt Deo iuxta verbum suum: quæ incredulitas non adeò ex-



38 DE RECTA RATIONE

igua res est, sed mater omnium peccatorum, & præcipua lex regni tenebrarum est, non credere Deo. Ideo noster hostis Satanus in primis conabatur animis primorum parentum imprimere incredulitatem: quod ubi obtinuit, postea effecit ut peccata regnarent in vita hominum. Peccatum autem dominatur plerunque per septem fructus peccatorum.

Primus est impietas, ubi homines Deum & verbū ipsius abnegant, cuius duæ partes: Epicureismus & Temporifatio. Epicureismus est, ubi homines verbum Dei, minas & promissiones cōtemnunt, nihil curant nisi cibum, potum & voluptates.

Temporifatio, ubi homines religionem amplectuntur, quatenus legibus & temporibus coguntur, aliās non: Quæ peccata regnant nostro tempore.

Secundus fructus est, hæresis, quæ est, ubi homines Deo diffidunt in aliquo articulo fidei: hic fructus abundat in hac vltima mundi ætate: siquidem



dem Diabolus reuiuiscere facit hoc tempore hæreses præcedētium ætatū.

Tertius fructus est, Apostasia seu defectio, quæ est, vbi homines suam fidem & religionem mutant: quod fit, vbi cor peruersum incredulitate facit nos deficere a viuo Deo, qui defectus populi huius Anglicani tempore per- *Heb. 3. 12.*secutionis fuit.

Quartus fructus est, hypocrisis, vbi homines fidem prætendunt; cuius virtute carent, videlicet honesta & pia vita. Seu, Hypocrisis est cordis incredulitas tecta fidei fallaci larua. Hæc regnat nostro tempore, vbi fides & pœnitentia ceremonialis prædominantur. Nam homines summum gradum professionis fidei tenere videas, vbi accedūt S. Cœnam: nihilominus postea sibi sumunt licentiã faciendi quod placet.

Quintus fructus est, securitas carnalis, quando homines contemptu minarum & iudiciorum Dei, subinde pergūt in peccando, sibiq; ipsis blandiēdo. Sic generi Lothi audiētes de Sodomæ *Gen. 19. 14.*



40 DE RECTA RATIONE

*Esa.* 28. 15. interitu, pro ludibrio eum habebant.

*Matt.* 24. 37. Sic Iudæi fœdus facientes cū inferno & morte, & se immunes à plagis Dei putabant. Et in hac vltima mundi ætate, homines toti erunt dediti voluptatibus, & quæstui, non considerantes vllum Dei iudicium, donec vindicta in eos irruat.

*2. Cor.* 4. 4.

Sextus fructus est, affectata inscientia voluntatis & verbi diuini. Diabolus enim excæcat mentes infidelium, ne videant claram Euangelii lucem. Hoc vitium est vulgi nostri fere, putantis non pertinere ad se scientiam verbi Dei, quia illiterati sint, aut aliæ sibi incumbant curæ.

*Matth.* 6. 30.

Fructus vltimus, est mundi amor & studium, quando homines nil nisi mundana curant. Qui oritur e defectu fidei in Dei prouidentiam.

Hi sunt fructus principaliores incredulitatis, quibus dignosci sciri que potest, vbi ea sit. Et si quis sibi persuadeat se habere plenam perfectamque fidem, quod multis est persuasum: id veró idoneo indicio est, eum incredulitate



VIVENDI TRACTATUS. 41  
litate laborare. Primus enim ad fidem  
gradus est, defectum fidei in sese agno-  
uisse.

Secundus præcipuus error in vita  
hominum est, quod sibi constituunt  
falsas regulas vitæ, quæ quadruplices.  
Prima, Lux naturæ. Multi enim pu-  
tant sufficere ad placendum Deo si ci-  
uilem vitam degant, h. e. æquos & pa-  
cificos se omnibus præstent, neminem  
lædant. Hæc est cæca mundi theolo-  
gia, vbi homines putant quantacunq;  
illorum sint peccata, si modò sic se ge-  
rant, coram Deo excusatos. Errant au-  
tem valdè: nam in vita quæ Deo pla-  
ceat, fides requiritur. Lux rationis  
hîc non valet. Paulus ait, *Sapientiam Rom. 8. 5.*  
*carnis inimicitiam esse aduersus Deum, nec I. Cor. 2. 14.*  
*diiudicare hominem animale posse, quæ*  
*sunt Dei.* Pharisæi boni erant & iusti  
politicè; nihilominus Christus ait: *Ni-*  
*si abundauerit vestra iustitia plus quam Scri-*  
*barum & Phariseorum, non introibitis in*  
*regnum celorum.*

Secunda falsa regula est, *sentire &*  
*obseruare;* iuxta quam regulam pleriq;



homines uiuant. Dum fruimur bonis Dei benedictionibus, sanitate, prosperitate, libertate, pace, honore, famâ secundâ, tum verò Deo fidimus: at ubi subtrahit nobis benedictiones, manumque inani nos accedat, nos percutit, tunc non fidimus ei amplius; sed murmuramus, desperamus, & absque Dei timore utimur mediis illegitimis ad nos leuandos. Et quamuis habeamus pretiosum verbum ipsius, tamen non credimus illi iuxta nudum eius verbum, nisi det idoneum pignus & nos frui suis benedictionibus faxit.

Porro si vllus inter homines amicus, nobis auxilium & liberationem promittat, in periculo æquo animo fuerimus, nosque mirifice leuatos duxerimus: at promissiones de auxilio & liberatione nostri in verbo Dei factæ, etiamsi sæpe a nobis legantur & inculcentur, nullæ tamen animum nostrum æquè pacarint. Si quis liberos in agone commendauit bono amico, securius hinc multo discesserit, quam si nullo accersito amici auxilio  
eos



VIVENDI TRACTATUS. 43

eos Deo optimo patri commendaue-  
rit. Homo homini habens fidem,  
dederit mutuo centum libras, expe-  
ctans ad anni exitum cum summæ,  
tum vsuræ solutionem: at vix centum  
denarios præbuerit afflictis CHRISTI  
membris, etiamsi Dominus ipse resti-  
tutionem promittat seseque obliget,  
dicens: *Fœnerat Iehoua, qui gratiosè largi- Prou. 19. 17.*  
*tur tenui, & beneficium ipsius rependet ipsi.*  
Hæc autem omnia propterea fiunt,  
quia homines plus fidunt eis quos vi-  
dent, quam Deo quem nunquam vi-  
derunt.

Porro proprium hoc est non re-  
ctè credentium, iudicare secundum  
sensus, de suo statu. Sed falluntur:  
quia fide viuendū nobis est, non sensu,  
qui sæpe fallit: Nam deficientes tan-  
dem a Deo, sensum habere gustum-  
que verbi Dei & virtutum futuri se-  
culi possunt.

Tertia, regularum fallacium est,  
falsa fides præter vel contra Dei verbū  
concepta.

Sic viuit Turca falsâ suâ fide: iti-



dem Iudei, & Pontificii suâ: quia æquè  
fidunt hominum traditionibus, quam  
verbo Dei, nec soli Deo fidunt, sed  
creaturis, veluti sanctis hominibus aut  
Angelis. Sic magi, & exercentes artes  
Diabonicas, Pythonici, incantatores,  
nihil non faciunt per fidem Diaboli-  
cam, quæ acquiescit in fœdere cum Di-  
abolo inito. Sic omnes consilium &  
auxilium quærentes apud Pythonicos  
& magos, sola falsa sua fide contenti  
sunt. Vbi enim vtuntur incantationi-  
bus & carminibus, sæpius iuuantur a  
Diabolis, ita eos irretientibus. Etenim  
vsui ceremoniarum à Magis præscri-  
ptarum cæcâ fidem adhibent, & erro-  
neam fidem illam sequitur Diaboli o-  
peratio votis ipsorum respondens: Nã  
incantamēta quum nil nisi verba sint,  
per se nullã vim habent iuuandi sanan-  
diq; homines, aut pecora, siue creatio-  
nem, siue Dei in verbodecretum respi-  
ciamus. Quare opus quod faciunt, fit  
virtute Diaboli iuxta hominis fidem.  
Hæc perpendant nostri homines, qui  
multum gloriantur de fide sua in Chri-  
stum,



VIVENDI TRACTATUS. 45  
stum, nihilominus ubi necessitate aut  
periculis anguntur, plerumque hanc  
fidem exercitant.

Quarta falsa regula est, concupi-  
scentia, ad quam dirigunt homines ut  
plurimum vitam. Ista concupiscentia  
passim regnans, triplex est; concupi-  
scentia voluptatū carnis, cupiditas o-  
pum mundanarum; cupiditas deniq;  
honorum, ut Iohannes ait: *Quicquid in* 1. Iob. 2. 16.  
*mundo est, est concupiscentia carnis, libido*  
*oculorum & vitæ fastus.*

Tantum de sui ipsius diiudicatione:  
sequitur *immutatio*. Ut vitam nostram,  
quoad incredulitatem, immutemus,  
quatuor requiruntur. I. ut agnoscamus  
& deploremus nostram incredulita-  
tem cum multiplici suo fructu. Nam  
per incredulitatem Diabolus suum  
regnum erigit in cordibus hominum,  
& suo desiderio in nobis & per nos sa-  
tisfacit. Secūdo, incredulitas corrup-  
pit & contaminat omnes nostras acti-  
ones, quæcunque eæ sunt; etiam si bo-  
næ & licitæ sint per se: *Incredulis omnia* Tit. 1. 14.  
*impura* (Paulus inquit) *imo conscientia eo-*



*rum impura.* Tertio incredulitas nos priuat Dei benedictionibus, quibus aliâs fruere mur. *Si non credideritis, nō permanebitis,* ait Propheta. Christus non multa miracula facere poterat Caper-

*Esa. 7. 5.*

*Matth. 6. 5.*

*Nu. 20. 12.*

*2. Reg. 7.*

*Luc. 1. 20.*

naumi; propter incredulitatē ipsorū. Ultimo incredulitas attrahit homini Dei plagas & iudicia. Moses & Aaron excludebantur e Canaan propter incredulitatem. Princeps quidā conteritur in portis Samarię, quia nolebat credere verbo Dei per os Elisæi pronūciato. Zacharias mutus ad tēpus fiebat, quia nolebat credere nuncio Angeli. Multi hoc tempore vbi plagas Dei sentiunt, dicunt se incantatos, & de hac vel illa venefica conqueruntur: at falluntur sæpē. Nā venefica illa magna omnē dānorū genus inferens, est cordis incredulitas, quā Deo & verbo ipsius diffidunt: nempe vel vnicum peccatū, etsi nullæ essent veneficæ, sufficiens ad Deum commouendum vt nos variis plagis grauissimē afficiat. Ergo ex animo pertæsi incredulitatis nostræ, cam lugeamus; & id quidem eo magis, quia gra-



gradus est ad fidem, fidei defectum agnouisse.

Secundum opus factu est, diiudicare se, an in conscientia certi simus de certitudine verbi Dei, nec ne. Sin minus, studendum, vt persuasissimā eam habeamus. Nam naturalis impietas, quā dubitamus an scripta Prophetarū & Apostolorum sint verbum Dei, certitudinem fidei impedit. Vt autem conscientia hīc, quo certō nitatur, habeat, adhibenda hęc sunt argumenta. Primum principium in natura est; *Esse Deum*: Si Deus, colendum eundem esse natura eadem dictauerit. Si colendus, se & suam voluntatem oportet, homini patefecerit. Et hęc reuelatio extat in scriptis Prophetarū & Apostolorum, nullorumq; pręterea hominū. Experimur enim doctrinā scripturę congruere cum natura & maiestate Dei, quod de nulla omnino aliadoctrina dici potest.

Est ea omniū antiquissima reliquis religionibus omnib. ad hanc vetustatem non accedentib. vna eademq; illa



48 DE RECTA RATIONE

est sibi ipsi perpetuo consonans, mutationi nulli obnoxia. Apostoli consentiunt prophetis, Prophetæ cū Mose, & illa omnia cum prima reuelatione facta tempore creationis. Retegit occulta hominum cogitata: quod nulla ars, nec doctrina potest: idq; testatur eā conscriptam ab eo, qui cordium omnium scrutator est. Secundum argumentum est, *splendor veritatis*, qualis non est in vllis aliis totius mundi scriptis, quæ consistit in octo rebus potissimum. 1. Scriptores huius, proprios n̄uos copiose, planeque, nec grauissimis omissis, describere, non dubitantes se ipsos pudore afficere, si rationis iudicium admittamus, quod argumentum est spiritus veritatis in scribendo eos direxisse. 2. Quia libri scripturæ continent arcana multa rationis humanæ captum longe excedentia, rationem tamen non euertentia: siquidem veritatem in ea agnoscimus rationis, ipsiusmet principiorum & fundamentorum, operâ. 3. Quia scripturæ rationes omnes perfectè & simpliciter ad  
Dei

*Pf.* 10. 6. 11.

13. 14.

*Luc.* 18. 11. 12.

*Apoc.* 18. 7.

*I. Cor.* 2. 14.

*Nu.* 20. 12.

*Psal.* 52. 116.

11. 73. v.

11. 12.

*I. Tim.* 1. 15.



VIVENDI TRACTATUS. 49

Dei gloriam solummodo, non autem ad alia minoris momenti referuntur.

4. Continet Scriptura perfectam doctrinam ad pacandas conscientias regendasque in omnibus rebus. 5. Legis Mosaicæ sanctitas, atque puritas, omnes homines peccati accusantis & damnantis præscribensque perfectam iustitiam. Quæ in re superat quarumvis Rerum publicarum & regnorum constitutiones, quantumvis laudatas. 6. Sapientia elucens in regimine reipublicæ Iudeorum, a Mose descripto. 7. Conciliatio iustitiæ & misericordiæ Dei in Evangelio. Nam in Christo eius iustitia & misericordia conveniunt, & iustitia cedit quodammodo misericordiæ. 8. Scripturæ cum Scriptura consensus. Doctrina enim respondet historiæ, & quælibet pars parti. Ista ergo veritatis claritas testatur scripturam a Deo veraci prodiisse. Si quis hanc lucem in Scriptura se dicat non percipere, culpam id ipsius fieri affirmo. Nam si cum ardentibus precibus ad Deum scripturam legeret, lux illa proculdubio ei elucesceret. Tertium argu-

D



## 50 DE RECTA RATIONE

Heb. 4. 12.  
2. Cor. 10.

1. Reg. 13. 2.

Esa. 44. 28.

mentum est *verbi efficacia*, in hunc modum feré apparens. Naturæ hominis corruptæ nihil tam est contrarium, quam Dei verbum: at nihilominus si prædicetur, arguit & conuincit hominē peccati; eumq; ad se ita rapit, vt in eius amore & obedientia viuere moriq; non dubitet. Id vero nunquam præstare posset; nisi vis quædã diuina ei inesset. Quartum argumentum est, quod Prophetæ & Apostoli miracula fecere ad doctrinæ suæ cõfirmationē, omnem superantia vim naturæ, & immediatē a Deo edita: quãobrem & doctrina iis cõfirmata, ab ipso profecta sit oportet. Quintū ac vltimum est, quod scripta Prophetarū & Apostolorū continent eiusmodi rerum futurarum prædictiones, cuiusmodi nemo nisi Deus præuidere aut prædicere poterat. Nomē Iosifæ & huius facta prædicta erant annis 330. antē quã nat<sup>9</sup> esset. De Cyro eiusq; rebus gestis, vaticinia edebantur annis amplius 100. antē quam natus erat. Hęc igitur similesq; Prophetiæ probant totam hanc doctrinam à Deo esse. Atq; his



VIVENDI TRACTATUS. 51  
his ac similib. argumentis dubitantes  
de verbo Dei, conscientias suas firma-  
re oportet.

His peractis, sequitur tertiū, quod  
est, vt inquiramus Scripturæ substan-  
tiā & scopum. Scopus totius Scriptu-  
ræ, est Christus cum omnib. suis bene-  
ficiis, qui nobis offertur in principalib.  
promissis verbi; quarū summa hæc est:  
*Deum velle remittere peccata, & vitā æternā*  
*donare omnib. in Christum credentib.* Huic  
principali promissioni addidit Deus <sup>1. Ioh. 3. 20</sup>  
mandatum principale, præcipiens, eā,  
inq; eā nobis Christū cū beneficiis ap-  
plicemus. Tertiū igitur nostrū officiū  
est, subiicere corda nostra & volunta-  
tem mandatis eius, quæ mandant vt  
in Christum credamus. Hęc est obe-  
dientia fidei, de qua duo obseruanda:  
primum, hanc esse primam obedien-  
tiam, quam ei præstamus, vt credamus  
eius promissis de remissione peccato-  
rum & vita æterna. Atque ex hac ob-  
edientia fidei oritur subiectio erga to-  
tum Dei verbum. *In Christo sunt omnes* <sup>1. Cor. 1. 21.</sup>  
*promissiones etiam & Amen: Lex cum ob-*



edientia erga mandata eius stabilitur per fidem: sine Christo nihil boni pre-  
stari potest. Secundum est, quod hæc  
obedientia est facilis respectu eius, quã  
lex requirit. Perfecta legis obedientia  
nemini non est impossibilis ( Christo  
excepto ) etiam regenitis à Spiritu  
sancto, quantumlibet ad eam in hac vi-  
ta contendant; fides autem in Chri-  
stum & resipiscentia omnibus qui eam  
expetunt eatenus, possibilis est, vt,  
dummodo quis serio credere & resi-  
piscere cupiat, re ipsã credat, respi-  
scat & Deo placeat, nec periturus sit  
vnquam, etiamsi initium fidei & resi-  
piscentiæ tenue sit, si vera sit solum &  
non ficta. Esaiæ 1. 19. *Si volueritis &  
obedieritis, terra bonis fruemini.* Lucæ 11.  
13. *Pater vester celestis dabit Spiritum san-  
ctum petentibus.* Matth. 11. *Iugum meum  
facile est, & onus meum leue.* Iccirco pro-  
bemus nos ipsos an insit nobis volun-  
tas subiiciendi nos verbo Dei, man-  
danti vt in Christum credamus. Nec  
tamen putandum, quod voluntas cre-  
dendi in nostra potestate sita sit. Exci-  
tatus



VIVENDI TRACTATUS. 53  
tatus enim speciali Dei gratia in cor-  
dibus electorum per Spiritus S. ope-  
rationem.

Quartum & vltimum in hac emen-  
datione est, fidem in Christum seu in  
creditum verbum, regnare debere in  
corde ita, vt adducat totum hominem  
ad subiectionem erga totum Dei ver-  
bum, quod fides in Christum efficit:  
nam vbi semel radices egit in corde  
hominis, mox operatur fidem firmam  
erga omnes partes verbi Dei, erga pro-  
missiones, mandata & minas. Nostrum  
igitur est, vt nosmetipsos vi nostræ fi-  
dei subiiciamus toti Dei verbo, nec pa-  
tiamur vt quicquam aliud, præter id-  
ipsum in nobis regnet. Hæc est Dei vo-  
luntas, *vt verbum Dei copiosè in vobis ha-* Col. 3. 17.  
*bitet.* Bona terra accommodat se & lo-  
cum dat semini, vt altas radices agere  
possit. Quanta felicitas, regnum cælo-  
rum erigi in cordibus nostris! quod fit,  
vbi verbum Dei omnes facultates cor-  
poris & animæ sibi subiectas habet. Sic  
quando fides nostra in Christum no-  
stra cogitata, verba, motus, facta, & pas-



54 DE RECTA RATIONE  
fiones verbo Dei subiicit, tunc viuimus  
fide.

Tertia utilitas hæc est: quoniam fi-  
de viuere oportet, monemur vt noti-  
ciæ voluntatis, & verbi Dei studeamus  
& in ea crescamus subinde: in primis  
autem, vt bene penitus nos dedamus  
in familiaritatem præceptorum Dei  
quæ nos attinent, vnà cum suis pro-  
missis & minis. Nam fides est vita ani-  
mæ, & verbum vita fidei. Accendi-  
tur enim primò, deinde & fouetur au-  
geturque per auditum verbi DEI.  
Porro verbum Dei fidem moderatur,  
ne vel plus credamus, vel minus quam  
oportet. Ideo hoc verbum, quod  
determinat nostram fidem, scire nos  
oportet iuxta specialia sua capita &  
partes.

Quarto, inde discim<sup>9</sup> quomodo nos  
gerere debeamus in summis periculis,  
in peste, fame, bello, cædib. & morbis  
lethalib. Tunc opus habemus magno  
auxilio: & vnicum tunc medium est,  
tranquillare nos & firmam efficere  
fidem nostram in Dei promissa. Hic  
Deo



VIVENDI TRACTATUS. 55

Deo erat scopus, quando per Babylonios castigabat Iudæos, exercitium, nempe, huius capitis. David in periculis, & Christus tempore passionis fide spiritum suū commendarunt in manus Dei. Martyrum & sanctorum nonnulli *in carceres missi, nonnulli crucifixi, nonnulli lapidati sunt*, quomodo autem? fide fulti.

Fides periculosis temporibus plurimū prodest. nā primo hominem semimortuum viiificat & recreat, vt David ait: *Psal. 119. 49. Esto memor verbi ad seruum tuum prolati, quo me in spem adduxisti, illud mihi solatium in aduersis, nam verbum tuum me recreat.* Hic autem intellige verbum mixtum & temperatum fide. Porro fides tempore periculi tuetur nos & circumdat Dei promissis: Id intelligi potest e collatione horum verborum cū præcedentibus. *Inustus semetipsum inflat,* ait propheta, seu turrim constituit sibi ipse ad sui defensionē: at iustus solummodo credit: & hoc est illi loco turriū in mūdo omniū vniuerso, deducitq; nos ad alas & defensionē Dei, ac facit vt ipse



56 DE RECTA RATIONE

nobis fit propugnaculum & defensio. Hanc doctrinam eô libentius nos perpendere par est, quia etsi nunc pace & aliis Dei beneficiis fruimur; tamen peccata nostra communia, imprimis autem incredulitas cœlitus accersunt & attrahunt in nos maxima Dei & grauissima iudicia.

Præterea docemur etiam hîc quēlibet propriam suā fidem habere oportere: *Iustus sua fide uiuet*, ait propheta; idq; nō sine causa: nā quilibet homo Dei creatura est, eiq; fidē præstare credendo tenetur: deinde quia nemo non sui ipsi respectu opus habet Christo, ideo qui uis propriā fidem habeat oportet, qua Christum apprehendat. Obiicere quis posset, aliorum etiam fidem profuisse aliis, Marc. 2. 5. *Cum uideret Christus fidem ipsorum, paralytico dicebat, Remissa sunt tibi peccata tua.* Iac. 5. 15. *Precatio fidei iuuabit ægrotum.* Respondeo: Aliorum fides medium esse potest ad procurandam sanitatem corporis, & alias corporales benedictiones, imo ipsam etiam fidem aliis: at remissionem peccato-



catorum & vitā æternā nemo accipere potest nisi sibi ipsi. Quare vbi dicitur primo loco, quando *videbat fidem ipsorum*, fidem paralytici non excludi, sed includi oportet: at locus Iacobi loquitur tantum de corporali sanitate. Porro & hoc obiici posset, si quidem iustificamur aliena videlicet Christi iustitia, cur non & aliena fide? Respondeo, non eandem vtroque esse rationem. Nam obedientia tum ipsius est, tum nostra: ipsius, quia in ipso est; nostra, quia a Deo nobis imputatur, & nostra fide accipitur, quod de aliena fide dici nequit.

Tertio obiici posset, infantes non habere fidem propriam. Respondeo: Tres opiniones sunt de fide infantū: *Matth. 18.* prima, infantes actu habere fidem, quam operetur in iis Spiritus S. quia dicitur, *Si quis offenderit minimum horum qui in me credunt.* At hæc opinio non vera videtur: quia fides complectitur etiam notitiam & intellectum quibus carent infantes. Porro si infantes acciperent fidem nondum adulti, id osten-



58 DE RECTA RATIONE

derent absq; dubio vbi adoleuerint: at  
fidem non demonstrant, nisi postea  
adeam adducantur diligēti informa-  
tione. Et locus in Matthæo intelligi  
potest de hominibus adultis, qui si ha-  
bent corda contrita, mansueta, & hu-  
milia, pueri sunt in Christo. Sed & pue-  
ri, qui exactis aliquot annis probēq; e-  
ducati & eruditi ad noticiam, atq; inde  
ad fidem peruenire possunt. Sic Timo-  
theus à iuuentute in scriptura erat e-  
nutritus. Secūda opinio est, omnia dicta  
scripturę de fide agētia, intelligi oport-  
tere de hominibus adultis, & infantes  
saluos fieri per alia media ignota nobis  
& ineffabilia absque fide. Hanc in du-  
biū voco quadantenus: quia dicitur; *Si*  
*Marc. 16. 16.* *quis non crediderit, condemnatus est. Itē: sine*  
*fide impossibile est, Deo placere.* Tertia opi-  
nio est, infantes nonnullo modo habe-  
re fidē, quia parētes iuxta fœderis pro-  
missionē: *Ero Deus tuus & seminis tui,* cre-  
dunt pro se & liberis suis, & sic fides  
non est tantummodo ipsorum, sed  
*Rom. 11. 16.* *& liberorum.* Ideo scriptura ait, *Si*  
*1. Cor. 7. 24.* *radix sancta, etiam palmites.* Et, *fideliū*  
*libe-*



VIVENDI TRACTATUS. 59

*liberos sanctos esse.* Lege humana, pater cum sobole, vna persona sunt: quia pater foedus inquit pro se & liberis: quid igitur impediatur, parentem minus credere pro liberis, & infantem fide parentum ius habere in foedus Dei & omnia eius beneficia?

Cōtra obiicitur, hac ratione oportere infantes nasci credentes, & sine Bellar. lib. 1.  
de bapt. c. 4. peccato originali concipi & nasci. Respondeo: fideles parentes duas personas sustinere: Vnam, qua homines sunt, & sic generant liberos habentes naturam humanam cum corruptione eiusdem. Alteram, qua sancti & credentes sunt. Et hoc respectu procreant liberos, qui non tam ipsorum, quā Dei sunt liberi: suntque filii nostri & Dei filii, non virtute generationis, sed fidei parentum. Liberi etiam duplicem personam gerunt: Nam considerati in semetipsis, concepti & nati sunt in peccato originali. Considerati quatenus sancti sunt & credunt fide parentum, quæ & parentum & illorum fides est, & quatenus per hanc ius in Christum & beneficia



## 60 DE RECTA RATIONE

ipsius habent, eatenus peccatum originale tegitur & remittitur. Si dicatur hac ratione omnes fidelium infantes fore filios Dei; respondeo, nobis sic esse cogitandum, occultis iudiciis Deo commissis. In hanc sententiam magis inclino: nam omnino statuendum est, infantes fidelium parentum in infantia morientes, iustificatos esse. At nulla iustificatio absque fide. Huiusmodi Patrum est iudicium. S. Augustinus Serm. de verbis Apostoli: *Quomodo (ait) credunt infantes? per fidem parentum. Siquidem fide parentum purificati sunt, peccatis parentum etiam maculati sunt. Corpus illud peccati in primis parentibus peccatores eos generabat, at Spiritus vitæ in posterioribus parentibus regeneravit eos, ut sint fideles.* Bernhard. epist. 77. *Quotquot erant in nationibus credentes adulti, eos credimus purgatos fide & sacrificio, & parentum fidem profuisse liberis, imo satis fuisse. Item: Aequum est Deo, gloriosum, ut iis qui per ætatem non possunt credere, gratia Dei largiatur beneficia per alienam fidem.*

Vide & In-

Manifestum igitur est, quemlibet  
opor-



VIVENDI TRACTATUS. 61

oportere habere fidem propriam. Ac proinde Doctores Pontificii errant, ubi docēt quod quis acquiescere queat in fide doctorum suorum, credens ea quæ Ecclesia credit, etiamsi ignoret quid Ecclesia credat. Hic Papæ indulgentiæ pessum abeunt. Frustra enim potestate clauium meritorias actiones & passiones aliorum hominum applicat aliis, quum quilibet sua fide seruetur. Virgines sapientes non plus sibi olei esse profitebantur, quam sibi esset opus. Nimirum ignorabant, doctrinam pontificiam, homines posse habere tot bona opera, vt & sibi sufficiant & aliis supersint. Vnde Hilarius concludit, *vnus hominis bona opera non posse applicari aliis.* Hieronymus ait, *quelibet accepturum mercedem pro suis propriis operibus: nec opera vnus hominis posse tegere aliorum næuos in die iudicii.* Leonis ratio sufficit ad obturanda ora omnium Pontificiorum: *Quanquam mors Sanctorū pretiosa sit coram oculis Domini, non sufficit tamen innocentium hominum cedes ad expiandum mundum. Iusti ac-*

*stin. q. 68.*

*August. epist.*

*23. 57. 105.*

*de Bapt. l. 4.*

*c. 4. Bernh.*

*66. in Cant.*

*Quendam*

*Imman. Sa,*

*in Aphori-*

*smis Confes-*

*sariorum.*

*In Matt. 25.*



ceperūt coronas, at nō dederunt. Pietas credē-  
tis exempla præbet patientiæ, at non iustifica-  
tionis dona. Eorum enim omnium priuata e-  
rat & particularis: nemoq; horū suo obitu ex-  
piavit alterius delicta: solus. n. in Adami filiis  
Christus repertus est, in quo omnes crucifixi,  
mortui, sepulti sunt & resurrexerunt. Pau-  
lus ait quidem ad Corinthios, quod li-  
benter tradi velit pro ipsorum animabus, &  
se omnia pati propter electos: at hæc dicit  
respectu Apostolicæ functionis, non  
autem vllius satisfactionis pro aliis. Ait  
etiam: *Perfero in carne mea reliquias passi-*  
*onum Christi:* at reliquie istę sunt afflictio-  
nes cuiuslibet ferendæ in seipso. Qui-  
uis enim Christi discipulus propriam  
crucem ferat oportet, & sic impleat af-  
flictiones totius corporis mystici.

2. Cor. 12. 15.

2. Tim. 2. 10.

Col. 1. 24.

Tertio hinc discimus, non fiden-  
dum esse aliorum donis & intercessio-  
nibus, sed studendum, vt habeamus  
propriam fidem viuam. Fatuæ virgines  
putantes sibi sufficere oleum sapien-  
tum, se delusas videbant. Vana igitur  
est Pontificiorum ratio, viuentium in-  
tercessiones, ieiunia, Eleemosynas,  
mis-




missas prodesse mortuis, tribus modis:  
merito congrui, &c. de quib. *Bellarmin.*  
*lib. de Indul. cap. 14. pag. 85.*

Ultimò hîc discimus, fidem & iusti-  
tiam bonæ conscientiaë sempervnà esse  
oportere. Et ob hanc causam non di-  
citur hominem fide vivere, sed iustū vi-  
vere fide. Utinā illud ab omnib. refor-  
matā religionē profitētib. obseruetur:  
Dei enim mandatum est, vt vnà & fi-  
dem & bonam conscientiam seruemus.  
Et scandalum fere Atheistis, Papistis  
præbetur ac fæci mundanæ reliquæ,  
hac ratione, quum, nimirum, ii de reli-  
gione gloriantur, qui aberrarunt ab in-  
tegritate bonæ conscientiaë. Erunt for-  
te, qui dicant, satis sibi fore, si Deum in-  
uocent morituri, & in fide moriantur:  
Respōdeo: Quod non tantum mori &  
saluari, sed & in hoc mundo fide verā  
nos vivere oporteat.

F I N I S.















ULB Halle

3

005 129 958




VD17

Z











B.I.G.

Farbkarte #13

# YZΩIA:

*hoc est*

ENE BEATEQVE  
VENDI RATIONE  
TRACTATVS.

*Auctore*

WILHELMO PERKINSO  
Theologo Anglo.

*Antiquus e Belgico factus a I. H.*

*primis autem turbido rerum statu,  
ore, maxime utilis, & necessarius.*



## ANOVIAE

Guilielmum Antonium,

MDCIII.

